2709

CUM BONO DEO!
&
CONSENSU MAGNIFICI JCTORUM
WITTEBERGENSIUM ORDINIS,
PRÆSIDE,
POTENTISSIMI AC SERENISSIMI ELECTORIS SAXONIÆ CONSILIARIO SPLENDIDISSIMO,
VIRO
NOBILISS: MAGNIF: CONSULTISS: AC EXCELLENTISSIMO,

DN. WERNERO THEODORO MARTINI,
JCTO ET PANDECT: PROFESSORE PUBL; CELEBERRIMO, CURIÆ ELECT:, CONSISTORII ECCLESIAST:, FACULT: ET SCABIN:, NEC NON JUDICII DUCALIS, QVOD IN INFERIORIS LUSATIÆ MARCHIONATU EST, ASSESORE GRAVISSIMO,
PATRONO AC PRÆCEPTORE SUO REVERENTER ET SUBMISSE COLENDO,

De

COMMISSARIIS,

publicè diſputabit
AUTOR
GOTTFRIEDT BECKER/
STOLPENSIS.
IN AUDITORIO JCTORUM AD D. IX. JANUARII,
horis antemeridianis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Stanno FINCELIANO exſcribebat MICHAEL MEYER,
Anno cIɔ. Iɔc. LXVIII.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI!

L. 2, C. de Offic. Præf. Prætor. Afr.

THESIS I.

NOn certè fortuitus, qvod Epicuro qvondam placuit, *Concurſus*, nec *Eloqventia, Muſica, rerum Indigentia*, aut *Metus* civilem ac humanam introduxit ſocietatem, ſed ipſe *naturalis Inſtinctus*, ac ratione moderatus Impetus ad ineundam eam colendamq; unumqvemque impellit. Fruſtrà qvippe nihil hactenus conſvevit facere *natura*, nec fruſtrà etiam homini *loqvendi* conceſſit *facultatem:* Solitario enim ſola ſufficiebat meditatio & contemplatio ſola. Nec aliud inditum illud *naturâ*, juſti ac injuſti innuit diſcrimen, qvod *alteri non nocere, & ſuum cuiqve tribuere*, neceſſariò præcipit. Adde, unicuiqve *naturâ* ſui conſervationem eſſe implantatam, qvæ in uno individuo fieri non poteſt. Imò & obligamur *naturali* ipſo *jure* ad ſimplicem illam, qvam nuptialem vocant, ineundam ſocietatem. Falſum igitur vel ex his fortè erit, *fortuito concurſui* ſocietatem humanam eſſe aſcribendam. Et ipſa *Oratoria* àc *Muſica* Reſpubl. conſtitutas præſupponunt. *Indigentiam* vaſtiſſimi Orbis ſupplere facilè potuerit abundantia, & qvos conjunctos Numen alit, & ſeparatos ac diſperſos enutriri æqvè commodè potuiſſet. Nec *Metus* qvid faciet? Potuiſſet laceſſitus invaſorem occidere ipſo etiam defenſionis jure: Nam præter mortem non habebat, qvod qværeret, aut expectaret Latro. Hinc ſummam *Judiciorum*

neceſſitatem duco. *Natura* enim ſimul & conſervare id, qvod primò induxit, mediis eò conducentibus intendit: & dùm conſeqvens deſiderat, antecedens qvoqve velle, eandem non abſurdum videtur: In partes ergò ſuas ipſa judicia vocat. *Vix* enim retinebit qvis, qvod jam ſuum eſt, vel conſeqvetur, ad qvod, ut dicunt, *qvæſitum jus* habet, niſi per illud, qvod ordinarium eſt. Privatâ enim occupare autoritate regulariter prohibitum eſt & intutum. Qvod ſi verò delicta *judicia* non puniant *ordinaria*, pereat neceſſe eſt & diſſolvatur ipſa hominum civiliter inita ſocietas. Solent autem iſthæc *judicia* qvandoque *ordinariè* exerceri per eos, qvi legitimè conſtituti Magiſtratus ſunt, vel per eos etiam, qvibus *extraordinariè* facta delegatio eſt, qvi hodiè COMMISSARIORUM veniunt nomine; de qvibus colligere qvædam & publicæ Diſputationis vice proponere animi fert prolubium. *In nomine ergo ter Summi Numinis rem ipſam jam aggredior.*

II. Ad hunc judiciorum ordinem anteqvam perveniant illi, qvi de jure ſuo invicem contendunt, tentandum omne eſt ac conandum, qvo extra judicialiter lis ſopiri ac determinari qveat: qvod fit tunc, ſi per pacta aut privatas transactiones partes litigantes conciliantur; minori enim ſic, vel planè nullo ſumptu & expenſis obtinebunt, qvod aliàs magnâ cum moleſtiâ & incommodo à judiciali ſententiâ expectare debent. Qvia verò ad id partes propter *NOVELL. 124. c. 4.* cogi non poſſunt, *niſi in caſibus, qvos proponit GAIL. Lib. 2. de Pac. Publ. c. 18. n. 9. ut & Præceptor ille Germaniæ WESENBEC. in Paratitl. Pandect. de his, qvi notantur infam. n. 5.* ne cuipiam jus ſuum denegari videatur, ordinaria qvandoque concedenda via eſt, & ipſa judicia eligenda.

III. A qvæ ordine peragenda *qvatuor* potisſimum reqviri DD. tradunt: *1. Perſonas judicium conſtituentes, 2. Cauſam in judicium deductam, 3. Formam procedendi & 4. Finem. DONELL.*

NELL. lib. 7. Comment. 3. Magnif. STRUVIUS in Syntagm. Jur. Exerc. 9. th. 2. Perſonas ſolùm jam & qvidem *præliminariter* anteqvam de propoſitâ materiâ Commiſſariorum agamus, ſiſtere animus eſt; De qvibus in genere ſciendum, tales ſemper eſſe debere, qvæ legitimam in eo ſtandi & verſandi poteſtatem facultatemqve habent. *C. forus 10. de V. S. L. cùm Prætor. 12. ff. de Judic. L. properandum 13. C. eod.* Qvæ vel *Principales* ſunt, vel *minùs principales*, qvas & *acceſſorias* vocare conſveverunt. *Illæ* ſunt, ſine qvibus judicium omninò ſtare aut ſuſcipi neqvit, & ſunt *Actor & Reus*, qvi litigant, *L. inter litigantes 62. ff. de Judic.* & *Judex* deinde, qvi principaliſſima Perſona eſt, ſine qvâ judicium perfectum eſſe non poteſt. *VULTEJ. in Tract. de Judic. Lib. 1. c. 4. n. 6. MUSCAT. in Prax. civil. P. 2. n. 6.* qvi inter litigantes, ſive de jure ſuo contendentes perſonas, intervenit, qverelaſqve tollit.

IV. Actor ab *agendo* dictus ille eſt, qvi aliqvid in judicio petit, ac prior ad illud provocat, controverſiamqve movet. Germanicè Kläger / *L. in tribus 13. ff. de judic. L. 1. de edend. L. nihil autem 2. §. 1. Comm. dividund. ILICO* UMMIUS *disput. 1. ad Proceſſ. Judiciar. th. 4.* STRAUCH. *Differt. Juſtinian. 21. th. 11.* In criminalibus accuſator Ankläger dicitur. STRUV. *d. l. th. 4.* In *duplicibus judiciis* is Actoris partes ſuſtinet, qvi prior actionem inſtituit, *d. L. 13. de judic. L. 2. §. 1. comm. dividund.* ſi neuter Actoris partes occupare velit, *ſorte* videtur Actor eſſe eligendus. *DONELL. Lib 17. c. 2. lit. P.* citatus ab ipſo STRAUCHIO *d. l. Regulariter* ad agendum compelli nemo poteſt, *L. unic. C. ut nem. invit. agere vel accuſ. cogatur:* Ratio eſſe poteſt, *qvod laudandus ſit, qvi lites exſecratur; nec implicari vult negotiis, L. item ſi 4. verb. non tamen ff. de alien. judic. mutand. causâ facta*, vel *qvod, uti contrahere nemo cogitur invitus, ita nec agere vel accuſare; qvamvis accuſationem ſemel ſponte inſtitutam deſerere impunè ei non liceat. PEREZ. ad d. tit. C ut nemo*

mo invit. agere &c. n. 1. qvi deinde *n. 2.* regulæ hujus fallentias oſtendit. Provocari etiam aliquis ad agendum poteſt per remedium *ex L. diffamari 5. C.* de ingenuis manumiſſ. item per remedium *ex L. ſi contendat 28. de fidejuſſor:* Qvæ leges qvidem communiter conjungi ſolent hiſce verbis; So will Er Jhm *ex L. diffamari juncta L. ſi contendat* belanget haben; Differunt tamen invicem nonnunqvam, cujus rei exmplum communicavit *Magnif. Nobiliſsimusq; noſter Ordinarius Dn.* D. CASPAR ZIEGLERUS *Patronus ac Præceptor meus ſubmiſſâ animi veneratione æternùm proſeqvendus in not. ſuis doctiſſ. ad Ordinat. Proceſſ. Judiciar. tit. 1. ad verba* gebürlichen Schein. Qvibus remediis imploratur *Judex*, ut *diffamanti*, vel aliqvod jus prætendenti, diem præfigat, intra qvem is ad forum diffamati, vel ejus, contra qvem aliqvid prætendit, veniat, actionemqve ſuam ibi proponat ac probet, aut ni faciat, in æternum illi ſilentium imponat, STRUV. *d. l. th. 4.*

V. Reus eſt, contra qvem etiam invitum lis ſ. actio in Judicio inſtituitur, *L. 5. & 6. C. de edend. L. 3. de probat. L. 3. de Jurejur. L. interſtipulantem* 83. §. *1. de V. O.* Germanicè beklagter / in criminalibus accuſatus, noſtrâ lingvâ Angeklagter. In utroqve reqviritur, ut legitimam in judicio ſtandi perſonam habeat; qvalis eſt, *qvi ſpecialiter non prohibetur.* Prohibetur autem qvandoqve qvis vel in *totum*, vel *certo* tantùm *modo*, ut docet UMMIUS *d. l. Conf.* STRUV. *d. Exercitat. 9. th. 5. 6. & 7.* qvi contingere hoc arbitratur, vel *ratione ſtatûs* ſervilis, vel *patriæ poteſtatis*, *ſexûs*, vel *ætatis*, aliuſve *defectus*. Qvod pluribus eruditè ibidem explicat.

VI. Judex à *judicando* dictus illa perſona eſt, qvæ ſuâ autoritate liti finem imponit, negotiumqve penitùs tollit *L. 13. §. 2. ff. de recept. qvi arbitr. recep.* In qvo reqviritur maximè J. *dictio* ſeu *competentia*; habilitas porrò *generalis*, ut ſit perſona apta ac legibus non prohibita. Ut & *ſpecialis*, ut in causâ, qvæ

in

in ſpecie coram eo tractanda, non ſit *ſuſpectus*. In genere vel *ſecularis* eſt vel *Eccleſiaſticus*, *C. 4. & 10. X. de judic. Ordinarius* item & *extra Ordinarius. Ille*, qvi propriam pleniſſimam & perpetuam J.dictionem vel ſuo jure vel à lege, Principe, aut conſvetudine ſibi conceſſam habet, *arg. L. 5. ff. de J.dict. L. penult. de Judic.* Tales ſunt *Papa, Archi Epiſcopi, Imperator, Reges, Duces, Principes*, & hodiè *Aſſeſſores Cameræ*, SPECUL. *Lib. 1. P. 1. de officio Ordinar.* OLDENDORP. *de Except. fol. m. 306. O.C. P. 3. Tit.* von *Reviſion 53.* §. 1. & §. darauff ſollen. GEORG. SCHULTZ. *P. 1. Proceſſ. Judiciar. c. 4. n. 7.* Solet etiam Ordinarius Judex à DD. alius *mediatus*, alius *immediatus* appellari. *Hunc* vocant, qvi *proprio* jure habet J.dictionem à nemine conceſſam. *Illum*, qvi *nomine alterius* & ex ſuperioris conceſſione illam exercet. In *Electoratu noſtro Saxoniæ* immediatus Judex & ſupremus ſolus dicitur *Sereniſſ. & Clementiſſ. noſter Elector Johannes Georgius II.* Cui DEus Vitam & Pacem largiatur! Qvi J.dictionem ſuam exercet in *Senatu Aulico, ſupremo Appellationum Judicio, Curiis Provincialibus, Lipſienſi & Wittebergenſi, Conſiſtoriis Eccleſiaſticis, Dreſdenſi, Lipſienſi, Wittebergenſi, Præfecturis.* Mediati verò Judices dicuntur, *Prælati, Comites, Barones, Nobiles* iique vel *Schriffſaſſii vel Ambtſaſſii*, (de qvibus pluribus egit *Nobiliſſ. ac Excell. Dn. D. WILHELM. LYSERUS Patronus atq; Promotor meus obſeqvioſiſſimo cultu devenerandus*, in elegantiſſimâ de iiſdem ut & Landſaſſiis diſſertatione:) aliique *Vaſalli Electorales*, & deniqve *Magiſtratus* civitatum municipalium, de qvibus ſingulis conſuli poteſt BENEDICT. CARPZ. *in Proceſſ. Judic. Tit. 2. Art. 2. per totum.*

VII. Extra ordinarius eſt, qvi cauſæ cognitionem *ab alio* habet. Et eligitur vel ex *partium voluntate*, vel ex *Commiſſione Judicis Ordinarii*. Ille *arbiter* dicitur, qvi eſt in *triplici differentiâ*, alius enim *Arbiter Compromiſſarius*, alius *Arbitrator*, alius deniqve *Arbiter juris* dicitur: Arbiter Compromiſ-

ſarius

ſarius Ein Willkührlicher Schieds-Richter / Nieder-Saß und Obermann eſt, in qvem altercantes ſub *pœnæ ſtipulatione* compromittunt, à cujus ſententiâ *neqve appellatio neq;* ad arbitrium boni viri reductio locum habet. *L. 27. §. 2. & L. 32. §. 14. ff. de Recept. Arbitr. L. 1. C. eod. C. à judicibus 33. C. 2. qvæſt. 6. Præſertim ſi decem dierum ſilentio ſit homologata, L. pen. C. de Arbitr. & ibi* DD. VENTUR. de VALENT. *in Parth. litigioſ. c. 4. n. 14. CARPZOV. P. 1. C. 1. D. 13. n. 5.* Arbitrator gleicher oder güttlicher Unterhändler eſt, qvi tanqvam *Compoſitor & tranſactor* nullo juris ordine ſine aliqvâ judicii figurâ & ſimilitudine absqve pœnæ ſtipulatione conſtituitur, *§. 1. Inſt. de Empt. L. 76. pro ſocio, Avthent. Si verò C. de Judic.* A cujus ſententiâ laudo ſive arbitramento reductio ad arbitrium boni viri uſqve ad XXX. annos peti & obtineri poteſt. BART. *ad d. L. 76. pro ſocio n. 1. & ſeqq.* Arbiter denique *juris* eſt, qvi ex diſpoſitione & neceſſitate legis datur, qvando Judex ante litis conteſtationem *pro ſuſpecto* habetur, *L. 16. & L. fin. C. de Judic.* A cujus arbitrio ſi in alterutram partem iniqvum eſſe videbitur, perinde ab eo atqve à Judicibus *appellare licet. L. 9. ff. qvi ſatisdar. cog.* Qvi verò à Judice Ordinario dari ſolent, *Mandatarius*: Jure Canonico *Delegatus*, vulgò *Commiſſarius* vocatur, circa cujus delineationem imprimis mea hæc diſſertatio erit occupata.

IIX. Perſpectis hactenus perſonis principalibus judicium conſtituentibus, *minùs principales* ſeu *acceſſoriæ* qvæ in Judicio adeſſe vel abeſſe poſſunt, illis ſuccedunt. Ad Judicem qvidam *conſultandi*, qvidam *judicii inſtruendi* causâ accedunt. Conſultandi causâ accedunt *Aſſeſſores*, qvi ſunt JCTI, Judici in judicio cauſæ cognoſcendæ & rectè judicandæ causâ aſſidentes, *L. 1. & pen. L. fin. ff. de Off. Aſſeſſ. L. 2. qvod qvisq; Juris, L. 2. C. de Crim. Sacrileg.* vocantur aliàs Beyſitzer / qvos Juris peritos eſſe oportet, qvippe qvi non *ob dolum* tantùm, ſed etiam *ſuam ob imperitiam*, ſi malè judicatum ſit, tenentur, *d. L. 2. ff. qvod*

qvisq;

qviſq; juris. Hiqve eò olim adhibebantur in conſilium, qvod Magiſtratus ſuperiores plerumqve erant homines militares. WESENBEC. in ff. & ibi BACHOV. ad TREUTLER. *vol. 1. Diſp. 12. th. ult.* Inſtruendi causâ accedunt *Advocati*, qvi iidem ſunt cum Juriſperitis, & qvorum officium *publicum maximè nobile, laudabile vitæq; hominum neceſſarium.* BRUNNM. *ad Tit. C. ne lic. potent. & L. laudabile C. de Advocat. div. judic.* & qvi conſiliis ſuis adſunt non Judici, ſed alterutri litigantium, merita controverſiæ pandendô, *L. Advocati 9. C. eod.* hos legum peritiâ inſtructos eſſe oportere, monet *L. 11. C. eod. vid.* JOHAN. CORVIN. in *Jurisprudentiâ. Procuratores*, qvorum officium *vile* eſt L. *ſi qvis procurationem 34. C. de Decur.* adeò ut *infamis* etiam de jure civili Procurator eſſe poſſit, §. *fin. Inſt. de Except:* (qvod tamen jure Pontificio fallit, qvo Procurator infamis pro Eccleſiaſticis perſonis non admittitur, ſed tantùm Laicis & ſecularibus) ſunt ergò Procuratores *geſtores ſ. adminiſtratores* qvi aliena negotia mandatu Domini adminiſtrant, litemqve curant, *L. 1. ff. de Procur. L. 1. princ. L. 8. princ. ff. de Procur.* Qvænam *Secretariorum, Actuariorum, Notariorum* ſive *Tabellionum, Amanuenſium, Regiſtratorum* munia ſint, ipſa vocabula ſatis ſuperqve innuunt. His annumerantur *Viatores*, qvi ſunt judiciorum *nuncii*, ea, qvæ in judicio fieri debent, ex commiſſione Judicis litigantibus aliiſve denunciantes, vulgò *Pedelli* ſive *curſores* dicti. die geſchwornen Gerichts-Fronen. *vid.* *HANNII Proceſſ. Judic. th. 11.*

IX. Sed circa harum ampliorem tractationem ac conſiderationem ulterius occupari ab inſtituto noſtro alienum prorſus eſt: aggredimur potiùs principale thema, quod jam in præcedenti *th. 6.* propoſuimus, & juxta Doctorum præceptum tractare illud ſuſcipimus, animadvertentes, qvam maximè *à definitione initium faciendum eſſe:* Sic n. CICERONIS monitum eſt in libr. 1. Offic. *omnem rerum tractationem, qvæ à ratione*

 ſuſci-

ſuſcipitur, à definitione proficiſci debere, qvippe qva qvaſi fax eſt & tadaqvadam accenſa, ſplendore ſuo & claritate illuſtrans ea, qva ſecutura deinceps ſunt: qvam duplicem & *nominalem* meritò & *realem* facimus. Sic enim eſt, & ipſi ICTI eorumqve diſcipuli *non minori verborum, qvam ipſarum rerum curâ tangi debent. L. 1. princ. ff. de* J. & J. *L. 1. de Tutell. L. 2. §. appellata ff. ſi certum petatur*, qvod ulterius patet ex tot *ff. tit. de V. S.*

X. Evolvit *illa* propriam nominis alicujus deductionem, qvam Commiſſarius juxta RUTG. RULANT. *L. 1. c. 2. de Commiſſ. n. 18.* à particulâ *cum* & verbo *mitto*, qvod idem eſt, ac *mando*, habere dicitur. Sic enim multis in locis eandem planè ſignificationem habent, *C. mandato de Simoniâ*, *L. 1. L. ſi remunerandi & t. t. ff. de offic. ejus cui mand. eſt* J. *dict. L. 12. §. 1. ff. de Judic. L. 16. de J. dict.* Jure Canonico *delegatus* ſalutatur, *t. t. X. de offic. & poteſt Jud.* deleg. GAIL. *obſerv. 100. n. 1. lib 1.* Die nachgeſatzte befohlne Richter/ die ſich von der hohen Obrigkeit den Käyſer/oder von einen Fürſten &c. ihres Gerichtszwangs gebrauchen/als die Ambts-Hauptleute/ Commiſſarii, Schöſſer/ Räthe der Städte/ Richter und dergleichen Macht-und Krafft habende die Sache zuverhören die zwiſchen den ſtreitenden Theilen ſchwebend iſt/ auf Klag und Antwort/ und auf alle ihre Beweiſung (Nach und Wiederrede) achtung zu haben/ und die Sache gar und gäntzlich zuentſcheiden/mit der Güte/ oder mit recht/ ſo daß ſich die Theile daran beyderſeits begnügen laſſen müſſen: Alſo das Entſcheidung volle Macht und Krafft habe/ eben als obs der Befehler ſelbſt gethan hette/ Sächſ. Weichb. *Art. 16. in gloſſ. n. 17.* Vocabuli hujus *generalis* acceptio tribuitur etiam (*1.*) *illi*, qvi ad negotia publica peragenda à *Caſareâ Majeſtate* deputatur, Item (*2.*) qvi executores ultimarum voluntatum dantur. JACOB. à CANIBUS *in Tract. de execut. ultim. volunt P. 1. Praſecti* qvoq; (*3.*) *Annona* eo nomine veniunt, CAROL. MOLINA *in conſvetud. Pariſ. §. 6. gloſſ. 6. in verbo rendre conte.* MANDOSIUS in

Tract.

Tract. de Commiſſ. in princ. Deniq; (4.) *illis*, qvibus Prætor mandabat cognitionem interdicti recuperandæ poſſesſionis. THOLOS. *Syntagm. Jur. Univerſ. lib. 47. c.22.n.2.p.m.1006.* Plura ſi libet, videri poſſunt *apud* RUTG. RULANT. *in Tract. de Commiſſ. lib. 1. c. 2.*

XI. Qvod *realem Commiſſariorum* attinet *definitionem*, non eadem à DD. tradi ſolet; Opitima videtur illa, qva definitur *perſona idonea, qvæ ob impedimentum judicis ſuperioris ex illius Commiſſione cauſæ alicujus judicialem recipit cognitionem, vel teſtium examinationem.* Qvæ definitio ſi minùs accurata alicui videbitur, pro *aliqvali* tantùm eam habeat *deſcriptionem*. Sciens, præter id, *qvod omnis definitio in jure periculoſa ſit*, *L.202. de R. J.* non pati juris ſectatores adſtringi ſeſe ad ſubtiles; Cœterum in juris materiâ parùm utiles Philoſophorum regulas, qvi ſemper *potiorem rerum, qvàm verborum curam habent*, qvanqvam nec eam penitùs ſpernere jubeant ac negligere.

XII. Eſt autem *hoc officium* ob *ſummam* litigantium, qvam præſtat, *utilitatem*, ſi non *neceſſitatem* introductum: Cùm enim infinita ſit cauſarum negotiorumq; judicialium *multitudo*, judicumq; præterea ordinariorum multifaria *impedimenta*, poſſibile non erat, cauſæ deciſionem ab ipſo ſemper judice expectare, aut intra *definitum jure ſpatium* litès componere, imò cum à litigantibus, qvi *diſſiti* nimis & *remoti* qvandoq; à loco ordinario ſunt, faciendi eſſent itineris complures *ſumptus*, cum maximo illorum *commodo* factum eſt, ut coram Commiſſariis ibi conſtitutis teſtium depoſita audiri qveant, *C. cùm cauſam 3. & 7. X. de teſtibus.* Nec cum modicâ ſumptuum atq; expenſarum *dilapidatione* aliqvis Aſſeſſorum mitti poteſt, qvod ex clauſulâ, qvæ plerumqve in Commisſionibus adjici ſolet, perſpectum eſt, zu Beförderung der Sachen und der Partheyen groſſer Müh und Uncoſten zuentheben. PROSP. FARRINAC. *in Tr. de teſtib. lib. 3. qvæſt. 77. c. 9.*

 XIII.

XIII. Petere Commiſſarios poteſt omnis, cui cum aliqvo lis intercedit. Fas enim eſt omnibus litigantibus, cauſam ſuam privatis committere arbitris, vel Commiſſionem à magiſtratu implorare, qvippe eò ſemper reſpiciendum, ut lis citiùs finiatur, *L. fin. ff. pro ſuo*, *L. 2. C. de re judic.* CARPZ. *in Proc. Tit. 1. Art. 1. n. 61.* & qvidem hâc formulâ: Alß iſt und gelanget an Eur. Churfürſtl. Durchl. mein gantz unterthänigſtes gehorſames bitten / Sie wolle gnädig geruhen / N. N. gnädige Commiſſion auf zu tragen / damit Sie beyderſeits Partheyen &c. FIBIGIUS *in Proc. P. 1. c. 2. membr. 3. p. m. 9.* Reqviſita in petitione illorum obſervanda potiſſima ſunt, ut (1.) fiat, vel per ſcripturam, vel etiam oretenus, (2.) *addatur* cauſa, ad qvam Commiſſariorum conſtitutio petitur (3.) *Nominentur* illi, qvos Commiſſarios dari deſiderant, partes, adjecto & cognomine, cum Commiſſio facta incertæ perſonæ non valeat, *niſi aliundè in libello generali de certâ illâ Perſonâ conſtare poſſit.* ARUMÆUS *de Jur. Publ. in Diſcurſ. 17. th. 24.*

XIV. Non autem, niſi ab illo impetrari poſſunt, qvi *ordinariam* in territorio ſuo *J. dictionem* habet; ſunt tales *ipſemet Sereniſſ. noſter Elector*, Senatus Aulicus, Curia Provincialis, aut etiam inferiores ordinariam exercentes J. dictionem judices. CARPZ. *in Proc. Tit. 2. Art. 3. n. 6.* & excluduntur, qvi *delegatam* tantum habent J. dictionem, qvibus alios ſubdelegare integrum non eſt, per *L. fin. ff. de offc. ejus, cui mandat. eſt J. dict.* Speciale eſt in *Principis* vel *Papæ* delegato, *L. 5. C. de judiciis* GAIL. *lib. 1. Obſ. 97. n. 8. & ſeqq:* Id qvod neqvaqvam ad Judicia alia & judices inferiores extendi debet: Ex eleganti ratione, qvam adducit CARPZ. *d. l. n. 14.* qvod ſcil. *delegato à Principe vel Papâ J. dictio pleniſſima, omniaq́, ſine qvibus ea commodè exerceri non poteſt, conceſſa videantur. C. præterea 5. X. de Off. & poteſt. Jud. deleg.* Sed delegato ab inferiori Judice non *niſi cauſarum cognitio* cenſetur demandata.

XV. Da-

XV. Dabit verò tantùm eos, qvi *(1.) legitimis* nati Parentibus, & integræ famæ ipſi ſunt. Cammer gerichts-Ordt: *P. 1. Tit. 3. §.* desgleichen *in verb.* Eines erbaren Weſens und Wandels/auch rechter natürlicher geburth. MYNSINGER. *Centur. 4. Obſ. 31.* (2.) *ſint perfectæ* ætatis, id eſt, facti jam XXV. annorum, *arg. L. 12. ff. de judiciis*, intra hoſce enim annos experientiam, qvæ in Commiſſario reqviritur, ſibi comparare non potuere (3.) *qvi ingenio* & judicio pollent, ne in examinandis & ponderandis rerum circumſtantiis, qvæ plurimum conſiderandæ ſunt, minùs juſtè procedant. *(4.) inſtructi* ſingulari juris ſcientiâ, prudentiâ & rerum forenſium uſu, qvò benè ſemper jus ad factum applicent. (5.) *juſti & æqvi* amantes eſſe debent, nec minimùm favoris alterutrius litigantium partis tribuant: ex æqvo jus, tanqvam commune qvid R. Pcæ diſtribuant, & juſtitiam per omnia obſervent. Notanda hinc hæc ſunt: Ein jeglicher Richter ſoll allen Leuten gleich richten/ unpartheyiſch ſeyn / auff keine ſeite wancken/den Part gleich nachſtreichen/und die Wage gleich hången &c. *juxta Art. 31. lib. 30.* LAND R. *in text. & gloſſ.* (6.) *Pii præterea* ac religioſi, ne commodum propriũ qværitantes, partium jus negligant. Qvæ tamen reqviſita & qvalitates in Commiſſario, non determinare debent regulam aut conſtringere, ſed illuſtrare tantùm & declarare. Plura videri poſſunt *apud* ARUMÆUM *d. l. th. 10. & ſeqq.* RULANT. *lib. 1. c. 6. & multis ſeqq.*

XVI. *Objectum* Commiſſariorum & id ad qvod tractandum potisſimum eliguntur, illæ ſunt cauſæ, *qvæ aliàs in judicio tractari ſolent. Qvæ in* genere conſideratæ vel *criminales* ſunt, vel *civiles. Illæ*, ubi ad pœnam publicam agitur, ſive ea deinceps *ſangvinis ſit extinctiva*, ut pœna gladii in adulterio, *L. 30. §. 1. C. ad L. Jul. de adulter.* ſive *corporis* ſaltim *afflictiva*, uti eſt fuſtigatio in illo, qvi ſtupravit puellam impuberem, CARPZ. Pr. Crim: part. 2. qvæſt. 69. n. 37. vel deniq; *etiam pecuniaria* fiſco tan-

tùm applicanda,ut ſi injuriarum qvis criminaliter, qvod poteſt, *per* §. *in ſumma ſciendum* 10. *Inſt. de injur.* agere velit. *Civiles verò cauſæ* ſunt,ex qvibus agitur ad privatum propriumq́; commodum, qvaliter ex Contractibus & delictis agere integrum unicuiqve relinqvitur.

XVII. Disqvirendum igitur , *utrum Commiſſariorum officium etiam circa criminales cauſas occupatum ſit ?* Qvod negandum erit tum , ſi de *Camerâ Spirenſi* qvæſtio propoſita exaudiatur , ex ſententiâ ARUMÆI , *qvi d. l.* §. *28.* generalem conſtituit regulam, qvâ dicit , *omnes cauſas , tam , qvæ in primâ, qvàm in ſecundâ inſtantiâ deferuntur ad Cameram,facere, ut de iis Commiſſio & probationis delegatio fieri poſſit.* Criminales autem cauſæ neq́; per *viam ſimplicis qværelæ*, neq́; *per Appellationem* in Camerâ audiuntur, prout docet IMPER. RECESS. *de anno* CIↄ Iↄ XXX.§. *item*, Als ietzt etliche Zeit her von peinlichen Sachen vielfältig an unſer Käyſerlich Cammergericht appelliret, auch dieſelben Appellationen angenommen / darauff Proceß erkandt/ und rechtlich gehandelt worden / und ſolches den alten hergebrachten Gebrauch in H. Reich zu wieder. So ſetzen und ordnen wir/ daß hinführo in peinlichen Sachen keine Appellation angenommen/ſondern darmit nach alten hergebrachten Gebrauch gehalten werden ſoll. GAIL. *lib.1. Obſ.1.n.28.* MYNSINGER. *Centur. 3. Obſ. 40.* & ſic qvod Appellationis viam. Procedit idem *in primâ inſtantiâ*, ſive in *viâ ſimplicis* qværelæ, RECESS. IMPER. RATISBONENS. *Anno* CIↄ Iↄ XCII. ibi : Wenn eine eintzige Perſon/ſonderlich der mit Mittel dem Reiche unterworffen / auch auf freyer Land-Straſſen einen böß lich erſchieſſen / oder eine dergleichen Mißhandlung thut/ſol er für den ordentlichen Richter / da er die That begangen / beklaget werden. Concluditur igitur in *criminalibus cauſis à Camerâ Commiſſionem decerni non poſſe.* Exceptiones tamen videndæ ſunt ap. RULANT. *Lib.2.c.3.n.4. & 5.*

XVIII. Cœterum *jus Commune* etiam in criminalibus

cauſis

cauſis Commiſſionem admittit, *modò ab ipſo Principe*, ſeu illo, qvi ſuperiorem non recognoſcit, concedatur, qvia taliter delegato cenſetur plenisſima J.dictio data & omnia conceſſa, ſine qvibus ea commodè exercere nequit, *C. præterea 5. X. de off. & poteſtate Jud. deleg. L. ult. ff. de Off. ejus cui mand. eſt J.dict.* ROSBACH *in Proceſſ. P. 1. Tit. 5. n. 1. & 2.* DECIAN. *Tract. Crim. Lib. 4. c. 25. n. 7.* qvi deinceps *n. 4.* à Principe delegato ſubdelegandi in hiſce criminalibus ſ. meri imperii cauſis poteſtatem concedit. Exinde qvod *cauſa ſemel delegabilis facta in eâ qvalitate perduret.* Id fortè *cum* BART. *ad L. 1. ff. de Offic. ejus, cui mandat. eſt J.dictio n. 3. & 5.* dicendum eſt, etiam inferioris delegatum de his cauſis cognoſcere poſſe, in ſolo tamen abſentiæ caſu, & cum per infirmitatem ipſe impediatur. DECIAN. *d. l.* Aliàs dependens â ſuperiore in his cauſis Commiſſionis concedendæ poteſtatem non habet, in tantum, ut etiamſi hoc modo delegatus moriatur, vel aliàs extingvatur Commiſſio, nihil ominus tamen ordinarius judex ſeſe intromittere neqveat. DECIAN. *d. l. n. 2.* Id abſurdum non reddit aſſertum hocce, qvod cauſæ criminales ad merum imperium pertinere *in L. imperium 3. ff. de J.dict.* dicantur, cujus delegatio tamen nulla eſt, *L. 1. §. 1. ff. de Off. ejus cujus mandata eſt J. dict.* Siqvidem non ipſam animadvertendi in facinoroſos poteſtatem, in qvâ merum imperium conſiſtit, tranſire dixi, ſed cognitionem tantum illarum cauſarum, qvæ ab ipſâ executione & actuali animadverſione maximè differt. Qvam tamen SUTHOLT *in Diſſert. de J. dict. §. 407.* in juſta ac neceſſariâ abſentiâ illius, cui merum imperium nominatim conceſſum eſt, admittit, idque in crimine non ſolùm violentiæ, ſed generatim in omnibus publicis Judiciis: Qvod porrò ad infirmitatis ſ. morbi caſum ibidem extendit.

XIX. Nec *Canonum Jus* hîc divortium facere *DD.* tradunt, qvos unà cum *Gl.* allegat ROSBACH. *ſupra c. l. n. 25.* Qvod in Foro

etiam

etiam in cauſis potisſimùm conſcientiam concernentibus & aliis, qvos STRUV. *Exerc. 2. Th. 29.* allegat, ſeqvimur, non exinde, qvaſi ullam Pontificis in ſecularibus poteſtatem agnoſceremus, ſed qvod uſu & approbatione hactenus receptum ſit. Hoc idem *Jure* qvoq; *Saxonico* procedere, ex ipsâ experientiâ & obſervantiâ qvotidianâ certisſimum eſt.

XX. In reliqvis qvoq; cauſis civilibus poteſtas conſtituendi Commiſſarios reſtringitur. *Regula* eſt, poſſe demandari omnia ea, qvæ jure Magiſtratus non ſpeciali lege alicui competunt; Qvid verò ſit vel jure Magiſtratûs qvædã, vel ſpeciali lege habere, pluribus eruditè exponit *MATTH. STEPH. de* J. *dict. Lib. 1. c. 18. n. 2.* Hinc, licet ſit cauſa qvædam civilis, ſicubi tamen alicui, vel lege, vel SCto vel principum Conſtitutione nominatim tributa ſit, indelegabilis tamen eſt, ac mandari non poteſt *L. 1. ff. de Off. ejus cui mand. eſt J. dict.* Quo pertinet, tranſactio de alimentis teſtamento relictis, qvæ aliter non valebit, qvam ſi authore Prætore facta fuerit *L. cum ſi 8. ff. de Tranſact.* Prætor ergò & Provinciæ Præſes mandare ex hâc causâ J. dictionem non poteſt. *d. L. 8. §. ſed nec mandari 18. ff. eod.* Sic nec mandante Præſide alius tutorem dare poteſt, qvia Præſidi nominatim id â lege commiſſum erat, §. *4. Inſt. de Attilian. Tut.* notant tamen Dd. hodiè tutoris dandi poteſtatem ordinariæ J. dictionis eſſe, SITHMAN *in Nucl. Inſt. add. Tit. de Attilian. Tutor. p. m. 169.* Cognitio ſuſpecti tutoris & olim propter pupillorum favorem mandari poterat, *L. Cognitio 4. ff. de Offic. ejus cui mand. eſt* J. *dict.*

XXI. Circa voluntariam J. dictionem, cujus actus inter duos conſentientes apud Magiſtratum peraguntur, & toti ab autoritate legis ac Magiſtratus dependent, STRUV. *Exerc. 4. Th. 70.* qværi ſolet, *utrum illa mandari qveat?* qvod *affirmandum* tunc, ſi qvis J. dictionem illam à Conſtitùtione vel lege aliqvâ, ut dicunt, mortuâ habet; *negandum* verò tunc, ſi illa alicui à

Princi-

Principe tanquam vivâ lege, ſive, ut CICERO loqvitur, lege loqvente conceſſa ſit. Sunt in ſpecie actus illi adoptio, manu miſſio, vindicta & emancipatio. *L.* 2. *& 3. ff. de Off. Proconſ.* qvi toti jure vel legis ſolennitate conficiuntur, unde etiam legis actiones dicuntur, & apud eum Magiſtratum dicitur legis eſſe actio, apud qvem hæ ſolennitates peragi poſſunt. *L. 4. ff. de adopt. L. 3. de Off. Proconſ.* STRUV. *d. loc.* Obiter hîc dico, Comites Palatinos, qvi à Pontifice vel Imperatore facultatem legitimandi Nobiles, Doctores ac Notarios creandi impetrârunt, eam in alium transferre non poſſe. STEPH. *dict. loc. n. 84.*

XXII. Hoc deniqve circa delegabiles res ſciendum eſt, earum numero contineri qvoq; *mixtum imperium*, qvippe qvod Magiſtratus qvâ talis habere dicitur, *L.* 1. §. 1. *& L. fin. ff. de Offic. ejus cui mand. eſt* J. *dictio*; qvæ autem talia ſunt, per delegationem tranſire ex ſupra traditâ regulâ manifeſtum eſſe poteſt. Accedit, qvod *in L. 4. §. 1. ff. de Off. ejus, cui mand. eſt* J*dict.* mandari poſſe dicatur, ut poſſeſſio bonorum detur, vel ſi cui damni infecti non caveatur, ut is posſidere jubeatur: qvæ omnia mixti imperii eſſe probat *L. jubere 4. ff. de* J. *dict. L. 3. ff. eod.* Qvi diſſentiunt non ipſam *miſſionem* aut *executionem*, ſed *cauſæ bonorum poſſeſſionis cognitionem* tantùm delegari poſſe contendunt; contra qvos rectè diſputat STEPHANI *d. loc. n. 87.* Qvid enim eſt *in L. 4. ff. de Off. ejus cui mand. eſt* J. *dict.* qvod dicatur *mandari* poſſe, ut poſſidere jubeatur, ut in poſſesſionem mittatur, niſi ipſam cognitionem & *actualem immiſſionem*? Contra expreſſa igitur *textus* verba excogitata illa diſtinctio nil hîc operatur. Qvæ propterea opponi poſſunt, examinat STEPHANI *dict. loc. à n. 89. atq; refutat.* Et hoc ita eſt, ſive *generaliter* ſ. *ſpecialiter* mixtum imperium mandetur. *L. ſolet 16. & ſeqvens ff. de* J. *dict.* Hoc addo ex CARPZ. *in Proceſſ. Tit. 2. Art. 3. n. 10.* non tantùm ad lites expediendas, ſed *etiam ad certos qvosdam*, veluti ad teſtes exami-

nandos

nandos, rationes calculandas &c: Imò ad *extra judicialia* qvædam negotia Commiſſarios delegari poſſe.

XXIII. *Forma* Commiſſariorum partim in formulâ *petendi*, partim in formulâ eos *conſtituendi*, conſiſtit. Petendi formula utplurimum hæc eſt: Durchlauchtigſter ꝛc. ꝛc. Eur ꝛc. ChurFürſtl. Durchl. ſoll ich ſupplicando unterthänig nicht verhalten/ wie daß (narretur factum) Wenn ich denn nun nichts liebers wünſchen wolte/ als das ſothane Mißhälligkeiten zuvermeidung allerhand incommoditäten/ zuvor der Gemüther Verbitterungen und unnöthiger Geldſpilterung/ in der Güte componiret und beygeleget werden könte: Gleichwol aber bey meinen Gegentheil weder die mündliche noch ſchrifftliche Erinnerung und vorgeſchlagene Vergleichungs-Mittel gantz nicht verfangen wollen: Als iſt und gelanget an Eur ChurFürſtl. Durchl. mein gantz unterthäniges gehorſams Bitten/ Sie wollen gnädig geruhen/ N. N. gnädige Commisſion aufzutragen/ darmit ſie beyderſeits Partheyen förderlichſt auf eine gewiſſe Zeit citiren und beſcheiden/ und unß in der Güte aus einander zu ſetzen/ und zuvertragen möglichen Fleiß anwenden/ oder aber in Entſtehung derſelben mit einen billichmeſſigen Beſcheid uns verſehen möchten. Solches wil ich ꝛc. ꝛc. FIBIG. *in Proc. c. 2. menb. 3. p. m. 8.* Qvomodo Commiſſarii ad audiendas probationes, qvæ per *teſtes* & *inſtrumenta* fiunt, peti ſolent, exhibet Nobiliſs. ac Conſultiſs. Dn. D. NICOLAI, *Patronus atq; Affinis meus ætatem colendisſimus in Proceſs. Judic. p. m. 249.*

XXIV. Ex qvibus *petitionis reqviſita* facilè colligi posſunt, ſcil: ut 1. *præponatur nomen illius, à qvo* petuntur Commisſarii, 2. *inſeratur factum*, in qvo cognoſcere debent, 3. *adjiciatur cauſa*, ob qvam petuntur, & ſic 4. *ipſa ſeqvatur petitio*, in qvâ etiam denominantur, qvi ad id eligi debeant, additur *deniq;* 5. *concluſio* & *ſubſcriptio* ſupplicantis.

XXXV. *Conſtituendi* Comiſſarios vel *dandi* formulam talem

talem perhibent DD. Wir von GOttes Gnaden &c. &c. Hochgelahrte liebe Getreue/ was an uns N. N. wegen Auszahlung etlicher Gelder in Unterthänigkeit gelangen laſſen/ das habt Ihr aus den Inſchluß mit mehrern zuvernehmen. Wann dann nun Supplicantens Bitten nicht unziemlich/ als tragen wir Euch hierdurch Commiſſion auf/ hiermit begehrent/ Ihr wollet obgedachten N. nebenſt N. förderlichſt vor Euch beſcheiden/ gegen einander zur gnüge verhören/ und ſie in Güte auß einander zu ſetzen/ möglichſten Fleiß anwenden/ oder ſonſt nach befindung billichmäſſige Weiſung thun. Were es aber noth/ der Sachen Bewandnüſſe/ wie weit Ihr es gebracht/ mit wiederſendung des Inſchluſſes zu fernerer reſolution unterthänigſt berichten. Gegeben &c. &c.

Nomen Cancellarii.

Formulam ex Officio commiſſionem demandandi communicat FIBIGIUS *dict. loc. p.* 10. qvi & ſuperiores ſuppeditavit.

XXVI. Facilè iterum & ex his Commiſſionis contenta cognoſcere licet. Ponitur namq; viciſſim 1. *nomen conſtituentis & illorum*, ad qvos dirigitur, 2. *proponitur factum*, qvod ex copiâ petitionis adjectâ apparet: Deinde 3. *fit ipſa demandatio* & *modus procedendi* deniq; 4. *ipſis præſcribitur.*

XXVII. Extracta Commiſſio à partibus vel *perſonaliter* vel *in ſcriptis* Commiſſario inſinuetur, qvam accipere *regulariter* & partes ad certum terminum hác formulâ citare debet: Crafft Churfürſtl. Sächſ. Commiſſion-Befehls werden N. N. an einen N. N. am andern Theil hiermit citiret und vorgeladen/ daß ſie Montags Jubilate, wird ſeyn &c: in der Churfürſtl. Sächſ. Ambts-Stube allhier unaußbleibende erſcheinen/ und ihrer ſtreitenden Sachen gütliche Verhör und Handlung pflegen/ oder aber in Entſtehung derſelben billigen Beſcheid erwarten ſollen. Darnach ſie ſich zu achten. Datum &c:

Churfürſtl. Sächſ. Verordnete
Commiſſarii.

XXIIX. Et hic incipit Commiſſarius fungi officio ſuo, qvod *latius ſeſe non extendit, qvàm termini ejus in Commiſſione poſiti permittunt:* Eſt enim *Stricti juris*, ac proinde ad perſonas & cauſas in Reſcripto non comprehenſas extendi non poteſt. MATTH. STEPH. *in Tract. de Offic. Judic. Lib. 8. c. 2. n. 1.* UNGEPAUR. *in Decret. Tit. de Off. & poteſt. Jud. delegat.* n. 25. BERLICH. *P. 1. Concl. 4. n. 2.* UMMIUS *in Proc. Judic. Diſp. 4. Th. 16. n. 88.* qvibus jungatur *Specul. Jurid.* SPEIDELII, *verbo Commiſſion p. m. 221.* Maximè igitur Commiſſarius ac diligenter formam & tenorem Commiſſionis inſpicere, eumqve obſervare debet. GAIL. *1. Obſ. 35. n. 3. ne*, ſi eum non ſeqvetur, ſed longius progrediatur, *impune ei reſiſti qveat*, qvia *extra Commiſſum negotium nullam penitùs habet J. dictionem, ſed privatus reputatur*, GAIL. *dict. loc. n. 4.* In caſu, ubi propter partium contradictionem *dubitatur*, an articulus ſub Commiſſione comprehendatur, optimum erit, *ipſum* conſulere *committentem*, & ejus declarationem, interpretationem, ſeu uti loqvuntur, ſecundam expectare juſſionem. Qvod tamen ad *acceſſoria & connexa non pertinet*, ad qvæ extenſio etiam fit, qvamvis in Reſcripto eorum nulla facta ſit mentio, nec *acceſſoriorum acceſſoria* literarum Principis geminationem deſiderant. CARPZ. *P. 1. C. 1. D. 17. n. 2. & ſeqq.* Poterit ergò punire contumaces, eligere nuncium, eundem punire, ſi falſam relationem fecerit, conſtituere ſibi Officiales, & reliqva conficere, qvæ ad cauſæ expeditionem & neceſſitatem pertinent, GAIL. *d. l. n. 8. & 9.* ubi rationem addit, qvod *cauſa alicui commiſſa omnia eò pertinentia comprehendat, & connexorum idem judicium eſſe dicatur, cum omiſſum non ſit, qvod connexum eſt. C. prudentiam 21. §. ſi verò X. de Off. & poteſt, Jud. delegat.* ſic contractus alicujus Commiſſio & *fructuum qvoq; uſurarum ſ. intereſſe* cognitionem tribuit.

XXIX. Commiſſarius, cui cauſa aliqva *ſimpliciter (ita com-*

committimus tibi cauſam, qva inter tales vertitur ſuper talibus rebus) demandata ac delegata eſt, non modò in *petitorio* ſed & *poſſeſſorio* cognoſcendi poteſtatem propter cauſarum connexionem habere dicitur. *c. 1. X. de ſeqveſtr. poſſ.* In Optione tamen eſt à petitorio vel poſſeſſorio incipere, ita autem, ut ſi *petitorium elegerit, lata ſententia non poſſit ad poſſeſſorium recurrere:* qvia *Judex functus eſt ſuo officio*, & qvia *petitorium abſorbet poſſeſſorium*: Ubi autem à poſſeſſorio inceperit, ſalvum habet petitorium, cum *utriusq; judicii natura ſeparata ſit.* GAIL. *d. loc. n. 11.* Poſſeſſorii cauſa, ſi *ſimpliciter* alicui mandetur, à petitorii cauſâ excluditur, qvia *petitorium hoc modo non cenſetur commiſſum, ſed ad ſolum poſſeſſorium reſtringitur, qvod in Commiſſione habet.* MATTH. STEPH. *d. loc. n. 7. Incidenter* autem etiam de proprietate cognoſcit in *Reconventione* ſc. (modò eam ſtatus cauſa patiatur) qvæ non ſolùm coram *Ordinario*, ſed & *delegato* fieri poteſt. GAIL. *d. l. n. 12.*

XXX. Fit autem interdum, ut ex Commiſſione pluribus datis qvidam abfuerint, poterit ne igitur unus aut duo nihil ominus in cauſâ procedere? qvod *adhibitâ diſtinctione* qvadam & affirmari & negari poterit, ita nimirum, ut ſicubi plures dati fuerint ad *univerſitatem*, abſentibus aliis, unus ſ. alter procedere poſſit. BENDER. *de Reviſion. C. 4. n. 93. & ſeqq.* Si verò ad *unam cauſam* vel plures qvidem, *diſtinctas* tamen ac *ſeparatas* conſtituti ſint, videndum, num *ſimpliciter & ſine clauſulâ dati ſint*, ubi unus ſine altero procedere neqvit. *L. duo ex tribus 39. ff. de re judicat.* & ſententia lata non tenet, *C. cauſam matrimonii X. de Off. & poteſt. Jud. deleg.* & uno delegatorum rebus humanis exempto, omnium officium expirat, *niſi aliud fuerit in delegatione expreſſum. C. uno 42. X. eod.* UNGEPAUR. *in Decretal. eod. tit. n. 28. p. m. 79.* Et licet J.dictionem in ſolidum habere dicantur, non tamen J.dictionis exercitium *eo modo habere dici poſſunt. Plures* enim *delegati ab uno, ſuper eodem Articulo re-*

 pra-

præſentant unius perſonam, unde meritò procedere non poſſunt. BENDER. *d. l. n. 152. & ſeqq.* Clauſula interveniens vel *conditionalis* eſt, ſi omnes intereſſe neqveant: *vel alternativa*, ut omnes aut duo, vel unus eorum cauſam expediat. Ibi non aliter alter abſqve altero procedit, *niſi de impotentiâ* tertii *Canonicè* conſtet, per quam impotentiam, tam *juris*, qvàm *facti* impotentia intelligitur: Illa eſt, ſi conſtiterit, tertium *caſu mortis* occumbere aut *inevitabilis neceſſitatis articulo impediri*, qvo minùs valeat intereſſe: Hæc juris ſc. ſi cùm ſervum vel infamem, vel aliqvo legitimo impedimento detentum eſſe conſtiterit, *C. ſciſcitatus es 13. de Reſcript.* UNGEPAUR. *d. l. n. 27.* Clauſula alternativa hunc habet effectum, ut major vel minor pars, aut etiam unus *cæteris irreqviſitis de causâ cognoſcere poſſit. C. cum plures in princ. de Off. deleg. n. 6.* STEPH. *d. l. n. 13.* Contingere autem poteſt, ut plures delegati paribus diſcrepaverint votis, ubi *utraq; ſententia in pendenti erit, usq; dùm alterutra ab ipſo delegante confirmata fuerit C. fin. X. de ſentent. & re judic.* STEPH. *d. l. n. 14.*

XXXI. Haſtenus de iis, qvæ ad officium Commiſſariorum *in genere* pertinere viſa ſunt: Penitus nunc illud conſiderandum videndumqve eſt, *qvo ordine totus Proceſſus dirigendus ſit.* Dixi jam ſuprà Commiſſarios partes citare de[illegible]re, cui citationi, uti ex traditâ in Th. 27. formulâ apparet, inſerendum eſt, *à qvo Commiſſario fuerit decreta, nomen citantis & citati*, itemq; *tempus & locus*, ubi comparendum & qvid agendum. Vid. GAIL. I. *Obſ. 48. n. 5. & ſeqq. & Obſ. 51.* MYNSING. *Cent. 5. Obſ. 85.* ubi diſputat, utrum de eſſentiâ citationis ſit, ut cauſa inſeratur? Qvod rectè *affirmatur* ex *C. præterea X. de dilation.* & id non ſolùm ſi *adverſa pars*, ſed & *ſi teſtis* ad teſtimonii depoſitionem citandus ſit, ut hâc ratione *ſtatum ipſius cauſæ faciliùs teſtis animo complecti, ejusq; reminiſci, atq; proinde ferendi teſtimonii tempore expeditiùs cuncta prologvi, & in medium adferre qveat,* STEPH.

STEPH. *d.l.n.* 17. RULAND. *Lib.* 5. *c.* 3. *n.* 3. etiam *ſigillum* in fine citationis reqvirit. Adeò autem neceſſaria iſthæc citatio eſt, ut *omnis actus judiciarius contra non citatum celebratus, regulariter ipſo jure nullus ſit* GAIL. 1. *Obſ.* 48. *n.* 1. & hinc omnium inſtituendarum actionum *principium* eſſe dicitur §. *fin. Inſt. de pœnâ temerè litigant. Judicii* tamen *pars non eſt*, qvod ante cœptum non dicitur, qvàm lis conteſtata ſit. *L. un.* C. *de L. C. l. amplius* 15. *ff. rem. rat. haber.* GAIL. d. l. VINN. *ad d.* §. *Inſtit. de pœn. temer. litig.* Sic & citatus ad incompetentem judicem declinatoriam ſalvam habet exceptionem, *L. penult. & ult. C. de Except.* ZANGER. *de iisdem P.* 2. *C.* 1. qvod tamen integrum ipſi non eſſet, ſi cœptum jam judicium dici poſſet. Prout autem vocabulum judicii eo ſenſu ſumas, qvo *totum litis tractum* denotat, dicendum ab in jus vocatione judicium incipere: *Presſiùs* ſi accipias ac *propriè*, à litis demum conteſtatione initium ſuum ſumit. VINN. d. l.

XXXII. Ad examen teſtium tantùm ſi dati fuerint Commiſſarii, non ſolum teſtes, ſed *& ipſum, contra qvem* teſtimonia deponunt, citare debent, ut ipſe vel *per* ſe, vel *alium*, qvi legitimum mandatũ ad id habet, compareat & videat, produci teſtes, eorũq; juramenta præſtari, in qvà citatione ſimul *teſtium nomina ipſi tranſmittenda* ſunt, ut deliberare ſecum poſſit, an & qvid contra eos excipere qveat, item qvâ ratione interrogatoria concipere atque formare velit. Ad dandum qvoqve *partem adverſam* neceſſariò citandam eſſe veriùs videtur, ita, ut eâ prætermiſsâ, *examinatio nulla eſſe debeat*: STEPH. *d. l. n.* 22. GAIL. I. *Obſ.* 102. *n.* 1. Ipſe autem, qvi interrogatoria conficit, cautus eſſe debet, ne *inutilia adjiciat*, qvæ Commiſſarius ex officio *rejicere poteſt.* GAIL. 1. Obſ. 95. n. 1. Et regulariter ex *ipſis articulis* formanda ſunt, *extra articulum* enim *interrogati teſtes nullam fidem faciunt*; ideò qvod non jurati deponant, C. *de teſtib.* 29. *X. de teſtib.* qvarum *copia parti adverſæ danda non eſt, ne malignandi detur*

occaſio

occaſio, & producens teſtes ſuper iis inſtruere atq; ſic falſitati cauſam præbere poſſit, d.l.n. 6. neceſſe tamen non eſt, ut interrogatoria conficiantur à parte, contra qvam teſtimonia deponuntur, ſunt enim *voluntatis*, non *neceſſitatis*, GAIL. d.l. n.9. & 1. Obſ. 102. n. 2. & exhibita benè *revocari & ab Actis deleri poſſunt.* BERLICH. P.1. *Concl.38.n.48.* PETR. HEIG. *Qv.4.n.39.* Hinc ſi emaneat citata pars, nec interrogatoria exhibet, poterit *Judex examen inſtituere & interrogationes proponere*; STEPH. d.l. *n.13.* niſi ob. *legitimum impedimentum* in præfixo termino comparere non potuerit, qvo probato receptio teſtium, & conſeqventer eorum depoſitio *non valet.* GAIL. 1. Obſ.102.*n. 2. &* 1. *Obſ.96. n. 8.* Producta autem interrogatoria, ſi Commiſſarius ex dolo, culpa, vel negligentiâ omiſerit, *non* qvidem *examen invalidatur, aut nullum eſt, ſed remanet facultas parti, ut poſtulet repeti teſtes ad interrogatoria, etiam poſt publicationem examinis.* MYNSING. Cent. *1. Obſ. 32. GAIL. 1. Obſ. 95. n. 7. & 1. Obſ. 105. n.* 12.

XXXIII. *Locus*, in qva ea, qvæ Commiſſariis demandata ſunt, ad exitum perducantur, & qvem in citatione exprimendum Th.31. dixi, *in ipſorum Commiſſariorum arbitrio eſt*, prout tradunt DD. *ad L. ſi ut proponis 5. C. qvomodo & qvando* &c. *STEPH. d.l. n.18* niſi in ipsâ Commiſſione locus expreſſus ſit, qvod tamen rarò fieri dicit RUTG. RULANT. *de Commiſſar. Lib. 5. c. 3. n. 9. in fin.* ad qvem citati qvoqve *neceſſariò* venire debent, modò *commodus* ſit & utriqve parti ac teſtibus *æqvè vicinis arg. L. ſi locus ff. de judiciis.* Ad locum *non tutum* citatus comparere non tenetur *Clement. Paſtor. 2.* §. *notorium de ſentent.* & *re judicat. C. ex parte tua 47. X. de Appellat. GAIL. I. Obſ. 52. n. 3.* MYNSING. *Cent. 2. Obſ. 73.* cùm nemo ſe periculo exponere debeat; Imò *non cogitur appellare*, ſi *notoriè non eſt tutus*, & ſic citatus non tenetur coram Commiſſario ſe excuſare tempore productionis, MENOCH. *Conſil. 100. n. 24.* niſi ei *ſalvus conductus* conceſſus ſit, MATTH. *de Afflict. in Deciſ. Neapolit. Rubr. de liter.*

de liter. citat. modò in illo loco ſoleant *ſervari à ſubditis & Judice tales literæ*, GAIL. *d. l. n. 4.* à qvo tamen diſſentit FELIN. POSS. in *Tract. Crim. Tit. de Citat. n. 37.* ROLAND. à VALLE *Conſil. 68. n. 26. & 27. Vol. 2.* Qvia *ſalvus conductus res fragilis eſt.* L. 66. §. 1. *C. ad SCTum Trebell.* Ideò cautela eſt, ut eo caſu, qvo notorium eſt in loco citationis morari inimicos citati, mittatur Procurator vel excuſator *ad allegandum de loco non tuto.* GAIL. *d. l. n. 7.* qvi verò locus intutus dici qveat, DD. paſſim tradunt. Et hæc exceptio *etiam poſt litem conteſtatam opponi poteſt*, licet dilatoria ſit, qvia *ſucceſſivum gravamen habet.* GAIL. & MYNSING. dd. ll. Id etiam ad locum *ſuſpectum* extendunt DD. qvalis eſt, ſi teſtes in *domo producentis*, apud os & offam ejus, ut dici ſolet, producantur, aut in tali loco inſtrumenta proferantur tranſumenda, *ſuſpicio* enim ſubeſt, *ne à parte, in cujus utilitatem probationes ſuſcipiuntur, teſtes ſubornentur, vel Commiſſarii corrumpantur, aut ſimile qvid* fiat. Sic præterea locus *ſanus* eſſe debet, cùm *ſanitatis qvoq; ratio haberi debeat*, & *talis* locus *ratione contagii intutus* eſt, GAIL. *d. l. n. 11.* MYNSING. *all. loc.*

XXXIV. Dies, in qvo comparere neceſſe habent citati, *juridicus eſſe debet*, ad feriatum enim diem ſecundum jus civile comparere non tenentur, GAIL. 1. *Obſ. 53. n. 1.* & hinc eſt, qvod etiam in Citatione diei expreſſionem reqvirant DD. ut videre qveant, *an comparendi neceſſitate adſtringantur.* Qværitur igitur hic, utrum teſtes ita citari qveant, ut feriato die compareant? Qvod *negandum eſt*, qvia ſtatim primâ die jurare teſtes debent, juris autem eſt, *juramentum teſtium die feriato fieri non poſſe*, qvod velle videtur STEPH. *d. l. n. 40.* RUTG. RULANT. de Commiſs. *Lib. 5. c. 3. n. 20.* qvi in num. ſeq. 21. dicit, in *Camerâ* Canoniſtarum ſententiam obſervari, qvæ vult, etiam ad diem feriatum teſtes citari poſſe. Hinc Commiſſarii ſolent citationem aliqvando concipere, daß ſie auf den Sontag zu Mittage ſich einſtellen, idq; eo fine, qvia vident, niſi hoc fiat, ſeqventem

ferè integrum diem expectando elabi, qvod præcavetur, ſi die ſolis compareant. Terminus aliàs præfixus *legalis* eſſe debet, qvalis Jure Juſtinianæo novo ſpatium *XX. dierum continet. Avthent. offeratur C. 3. L. C. Novell. 53. c. 2. & Nov. 82. & Nov. 96.* Licet jure *Canonico & hodiernis moribus arbitrio judicis relinqvatur*, qvantum tempus citatis ad comparendum præfigendum ſit; modò terminus præfixus ſit *congruus*, ut citatus ad locum deſtinatum commodè venire poſſit. Hodie jure *noviſſimo* Imp. in Cam. Imp. Reo citato ad minimum tempus *60. dierum concedendum eſſe propter* Receſs. Imperii de An. MDC LIV. §. würde hierauf der citirte &c. In Foro Saxonico omnis Citatio continere debet *terminum legalem*, Eine vollkommene Sächſ. Friſt. *VI. ſeptimânarum & III. dierum, â die executæ & inſinuatæ* citationis, computandarum. **Churfürſtl. Sächſ. Appell. Ordn.** *Tit.* **wie wieder die auſſenbleibenden Parthehen** &c. würde aber &c. vid. Dn. D. NICOLAI *Proc. Judic. p. m.* 24. In Commiſſariorum actu id illorum *arbitrio* relinqvit RULANT. *d. l. n. 22.* Semel præfinitum tempus prorogare deinceps jure poterunt Commiſſarii, vel qvando ipſis *impedimentum legitimum* obvenerit, modò *præter neceſſitatem moram non trahant*, vel qvando partes ob *rationabiles cauſas prorogationem* petierint. RULANT. *d. l. n. 24. circa fin.*

XXXV. Legitimè factâ ac inſinuatâ Citatione ſub *contumaciæ pœnâ* ſeſe ſiſtere citati debent, & ſi teſtes ad perhibendum teſtimonium comparere nolint, *multâ indictâ captisqve pignoribus* ad id compelli poſſunt, text. in *L. ſi qvando C. de teſtib. cum Authent. ſeq. C. eod. & tot. Tit. X. de teſtib. cogend.* Id qvod *utilitate publicâ*, *ne veritas occultetur*, receptum eſt, qvam occultare mortale peccatum committere eſt, C. qviſqvis 80. C. 11. qvæſt. 3. Qvibus accedit, qvod *teſtimonium perhibere publicum munus & neceſſarium ſit, ad qvod etiam invitus qvis compellitur, L. 4. ff. qvemadm. teſtim. aper. Gail. 1. Obſ. 100. n. 1. & 3.* niſi legitimum

gitimam excuſationis cauſam habeant, qvam *juſto tempore* oblatum, ſtatim in præſentiâ partium comparentium Commiſſarii prælegant, ut ſi falſam eam eſſe partes in continenti probare qveant, eò faciliuscontra eos procedatur. ARUM. *Diſcurſ.* 17. *de jur. Publ. n.* 43.

XXXVI. Obedientibus & comparentibus citatis Commiſſarii ante omnia Commiſſionis *mandatum exhibere debent*, qvia *delegatus ex ſe Jdictionem nullam habere dicitur L.* 5. *de J.dict.* & ideò non præſumitur delegata *L.* 1. *C. de mand. Princip ARUM d. l. Th.* 40. *facti* præterea, *qvid mandatum eſt*, qvod probandum venit, MENOCH. *de præſumpt. Lib.* 2, *præſumpt.* 15. Idqve adeò verum eſt, ut *nullâ ratione, qvàm literis probari poſſit.* STEPH. *d. l. n.* 29. *MASCARD. in verb. Jdictio.* Poſt qvam exhibitionem & contentorum prælectionem partes *ſigillum recognoſcere debent*: Si recognoſcere nolint, nihilominus *procedere poſſunt*, RULANT. *de Commiſſ. Lib.* 6. *C.* 2. *n.* 16. *in fin* Ubi autem caſu fortuito in itinere illud amiſerint, exprimat partibus præſentibus Commisſionis ſuæ contenta, cujus copiam ſeſe jam tranſmiſiſſe ſignificabunt, qvæ ſi nihil oppoſuerint, efficiunt actum, firmitate ſuâ conſtare: Quod enim communiter dici ſolet, actum ſine ſcripto præſentato nullum eſſe, verum eſt, *ſi partes aliqvid oppoſuerint*, vid. RUTG, RULANT. *Lib.* 5. *c.* 2. *n.* 6. & 7. In civili foro delegationem etiam *per teſtes* qvis probare poteſt, qvibus deſtitutus variæ & *relevantes proferendæ conjecturæ ſunt*, qvæ ſæpè faciunt, ut præſumuntur Commiſſarii, habuiſſe ſcriptum mandatum. RUIN. Conſ. 99. *n.* 4. *Lib.* 4. Si nullo modo Commiſſio probari poterit; de *novo* ea per Commiſſarios *partium ſumptibus* impetranda erit, qvi optimè caſum fortuitum allegare, & circumſtantias omnes perfectè enarrare, atque ob oculos ponere Judici poterunt; *Culpa* Commiſſariorum amiſſo mandato, *ſuis impenſis alteram petent*, qvia *damnum propria ſuâ culpâ datum meritò ſibi imputare debent.*

XXXVII. Legitimatâ ſic ſuâ perſonâ de aliarum qvoque perſonarum legitimatione Commiſſarii ſolliciti eſſe debent. Integrum ſiqvidem in qvibuſdam cauſis unicuique partium eſt, *comparere in perſonâ propriâ*, vel *Procuratorem ſuo nomine conſtituere*. de cujus habilitate ſtatim conſtare debet, *L. 24. C. de Procurator.* WESENB. *In Paratit. ff. eod. n. 1. qvod* per mandatum, tanqvam *ſpecificam* ejus *differentiam* â defenſore, negotiorum geſtore & aliis, WESENB. d. l. fieri poteſt. Qvale qvi non habet, *á Commiſſariis admitti non debet*, RUTG. RULANT. *d. l. n. 2. CARPZ. in Proc. Tit. 5. Art. 1. n. 5. 1.* licet pars adverſa non expetat. VANT. de nullitat. ex defect. mandat. n. 64. niſi ex qvarundam perſonarum *conjunctione* præſumatur, qvæ vel ex *cognatione* eſt, *L. 35. ff. de Procurator.* vel *affinitate*, FRANTZK. *in ff. eod. Tit. n. 31. vel conjugio, C. 21. C. h. t.* vel *accepto beneficio L. 35. verbis: liberti, ff. de Procurat. & defenſ.* vel deniqve ex *causâ ſ. lite communi L. ult. C. de conſort. ejusd. litis*, ita tamen, ut *cautionem de rato* præſtent. Vid. STRUV. *Exerc. 7. th. 28.* ubi in fine theſeos *duas* fallentias addit. *Amicum pro amico* ſine mandato comparentem Commiſſarii admittere non tenentur, cum neqve in *Judicio ordinario* admittatur, qvia *nulla ejus certa definitio eſt, cujus prætextu ad agendum jure ſit admittendus* FRANTZK. *d. l. n. 32. GAIL. I. Obſ. 133. n. 2. Subditi* qvoque nomen ſi unà cum Domino agat, non inſerendum eſſe RUTGER. RULANT. tradit *d. l.* qvi in ſeqventibus civitatis Syndicum, ſi *magni momenti* Commiſſio ſit, ſine cautione rati admittere non vult. Qvod dictum eſt de eo, qvi mandatum planè nullum habet, id etiam ad illum pertinet, qvi *inſufficiens* habere dicitur, ita ut & hoc mandatum Commiſſarii rejicere qveant. Sed ne novo mãdato conficiendo actus Commiſſionis ſuſpendatur, procurator talis admitti debet, *ſub hâc tamen conditione, ut ſtipulatâ manu promittat, ſe durante adhuc actu pleniùs mandatum productûrum*, das Er ſeine Perſon beſſer legitimiren wolle; qvam cautionem tam

ſue

ſuo, qvàm *principalis* nomine præſtat. ARUM. *d. l. lib. 44.*] Qvæ ad mandatum reqvirantur, ut legitimum dici qveat, CARPZ. *tradit in Proc. Tit. 5. Art. 1. n. 52.*

XXXIIX. *Tertius interveniens* coram Commiſſariis *admittendus non eſt*; cùm *nemo reſpondere teneatur, niſi ad id, ad qvod ſpecialiter citatus fuit*, ad tale enim inſtructus comparuit; & ſic citatæ ad productionis actum partes, excipiunt *ſe ad aliud reſpondere non eſſe obligatas*: ſic & Procuratores excipiunt contra illum, cùm *ad eum mandati ſui tenor ſe non extendat*. Accedit, commiſſionem *ſtricti juris* ac proinde *extendendam non eſſe*, & maximè *intentioni actus Commiſſarii repugnaret*, qvæ eſt, ut breviori ac compendioſiori viâ lites ſopiri qveant, qvod in tali caſu obtineri non poterat, *multæ* ſiqvidem contra Intervenientem *exceptiones* produci poſſunt, qvæ differrent actum ac protraherent. Alias præter iſtas pro hâc ſententiâ rationes adducit RUTG. RULAND. *d. l. c. 9. n. 5.*

XXXIX. *Teſte non jurato fides haberi non debet*, *L. 9. C. h. t.* & tota ſubſtantia depoſitionis teſtium in *juramento* conſiſtit. Qvare Commiſſarii omninò neceſſe habent, teſtes juramenti vinculo ad ferendum teſtimoniū adſtringere qvos ante præſtitum juramentum commonefaciunt, qvantum perjurando peccent, & qvas pœnas deinceps expectare habeant. *Obnoxios ſc. fieri DEO*, cujus præſentiam, cùm ubiq; ſit, contemnunt: *Judici*, qvem mentiendo fallunt, & *parti innocenti*, qvam falſo teſtimonio lædunt. *L. 1. de Crim. falſ.* STEPH. *d. l. n. 41.* Hoc etiam *de Clerico* dicendum, aliter ſc. eum ad teſtimonii depoſitionem non admitti, qvàm ſi ipſe qvoq; juramentum præſtiterit, *C. nuper nobis 51. X. de teſtibus* cum *nec minùs hic affectibus, qvàm alius privatus regatur*, ut ſic periculoſum ſit, juramentum ipſis remittere: *In Authent. ſed Judex C. de Epiſcop. & Cleric.* verba illa; *Non tamen jurent, abeſſe debent*, qvippe qvæ in fonte ipſo, qvi NOVELL. *23. c. 7.* eſt, non reperiuntur, qvæ exinde ad deſtru-

 endum

endum id, qvod in th. hic poſitum eſt, incongruè allegatur. Confirmat hoc maximè Juliæ Academiæ Reſponſum *Anno M. DC. XLVII. d. 27. Octobris* verbis: Weil die Clerici des juramenti teſtium, das von ihnen erfordert/ ſich nicht entbrechen mögen / *text. in C. nuper nobis de teſtib. & atteſt:* So ſeind die Pfarrherren den in actis bemelten Zeugen Eidt/ zumahln auff Ihr. Fürſtl. Durchl. Euch gnädigſt auffgetragene Commiſſion, darwieder beſchehenes Einwendens ungehindert/ würcklich abzuleiſten ſchuldig/ und in weiter verſpürter wiederſetzligkeit durch rechtliche Mittel darzu compelliren und anzuhalten V. R. W. HAHN. ad WESENB. *tit. ff. de teſt. n. 5. verbo Juris jurandum de veritate p. m. 149.* Perſona tamen *illuſtres* ex mente GAIL. I. Obſ. 100. in fin. in hoc priviligiatæ videntur, ut *ſine corporali juramento per ſcripturam obſignatam deponere qveant.* Erit & tunc limitanda regula, ubi *conſuetudo aliud obſervaverit*, & qvando *mutus & ſurdus*, aut *mutus tantum* teſtimonium deponit, *caſibus illis, qvibus poteſt*, recipitur enim tum depoſitio per nutum aut ſcripturam. HAHN. *d. l. p. m. 150.* Dicendum hoc qvoque de caſu, qvando ipſæ *partes juramentum remiſerint*, ubi teſtes etiam non jurati à Commiſſariis admitti debent, *ne denegetur eis renunciandi facultas ei, qvod in favorem illarum introductum eſt* contra *L. fin.* C. *de pact.* GAIL. I. *Obſ. 101. n. 3. &* I. *Obſ. 24. n.* I. MYNSING. *Cent. 3. Obſ.* 80. Parùm facit pro contrariâ opinione, qvod *juramentum hoc neq́; conſuetudine tolli qveat:* Siqvidem nec ipſa appellatio iisdem modis auferri poteſt, qvia *defenſionis ſpecies eſt*, GAIL. I. *Obſ.* 135. *n.* 12. *pacto tamen* (qvia in favorem partium introducta eſt) *rectè tollitur.* MYNSING. *Cent.* I. *Obſ. 34.* Eſt præterea magna ſtatuti & pacti differentia. Illud *directo* diſponit adverſus *jus ſuperioris*: Hoc directò non tangit jus ſuperioris, ſed *paciſcentes abducant à ſe, qvod eſt in eorum facultate* MYNSING. *d. l.* STEPH. *d. l. n. 35.*

XL. Si autem partes teſtibus juramentum non remiſerint

rint, Commiſſarii illud deferre debent pro *circumſtantiâ* perſonarum & earum conditione variè. Sic aliter *Eccleſiaſtici* jurant, aliter *ſeculares:* Inter Eccleſiaſticos iterum aliter *Epiſcopi*, aliter *inferioris ordinis*: Inter ſeculares aliter *mares*, aliter *fœminæ:* aliter *illuſtres*, aliter *inferiores*; aliter *Chriſtiani*, aliter *Judæi.* De qvibus omnibus, RUTG. RUTLANT. *Lib.* 5. *c.* 10. videri poteſt, qvi num. 15. vult, *partes jurare nolentes, mandatis pœnalibus compelli poſſe*, licet jam appellaverint. Habebunt & hactenus perſonarum rationem Commiſſarii, ut eos teſtes, qvi fortè *corporis aliqvâ imbecillitate* affecti ſunt, aut qvi domi *operis obeundis* occupati eſſe conſvevere, aut deniqve ex *remotis partibus* peregrè advenientes, qvibus diutiùs domi abeſſe admodum grave eſſe ſolet, primò examinandos curent. STEPH. *d. l. n.* 38. Qvod non in *globo*, ut loqvuntur DD. ſed ſeorſim fieri debet, *L. nullum*, 14. *C. de teſtib. verb. ſuum præbeat teſtimonium ſepatatò;* palam examinati dictum non valet. *Gloſs. ſingul. in C. qvia propter de Election.* ut & *ebrii*, qvi ignorantes dicuntur & intelligentiâ carere videntur. TRIAQVELL. *in tract. de pœn. tempor. Cauſ.* 6. *n.* 8. ABB. ad C. 1. *de teſtibus per C. ſanè* 15. *Qv.* 1. *C. inebriaverunt ead. Qvæſt.*

XLI. Accidit interdum, ut teſtis productus juramento obſtrictus ſit illi, contra qvem producitur, unde *idoneus ac habilis* eſſe non cenſetur; erit itaqve neceſſe, ut juramenti illius *relaxatio à parte petatur:* licet multi ſunt, qvi putant, ſubditos in causâ ſui Domini poſſe teſtes eſſe, *etiam non abſolutos à juramento Domino præſtito*, cùm juramentum illud *non eò ſe extendere videatur, ne contra Dominum veritatem dicere non poſſit*; à qvâ ſententiâ meritò alienus eſt RUTG. RULANT. *de C.* 12. *n.* 2. *STEPH. d. l. n.* 33. Qvis autem juramenti relaxationem facere poſſit, Doctorum non eadem ſententia eſt: *Nulli* hoc concedit

admittendam eſſe niſi ſi *illicitum ſit & improbum:* Sed præterqvam qvod falſa dici poteſt, *generalis ejus aſſertio, qvâ omne juramentum Deo fieri vult,* cum *pars parti non Deo juramentum deferat* licet in *conſpectu* Dei qvi etiam *teſtis veritatis & vindex perjurii adhibetur*, præſtari ſolet; Dico *abſolutionem eſſe Magiſtratus politici*, qvi qvando remittit, Deus remittere intelligitur. Subeſt enim *in omni juramento obligatio directa, & ad hominem & ad Deum, tùm & augetur extenſivè obligatio per vinculum religionis.* Circa religionem autem jus eſt Majeſtati, vel ex politicis principiis, & poteſtatem circa ſacra habet. *HAHN. add. l.* WESENB. *p. m. 820. Magnif. Dn. D.* ZIEGLER. *de jurib. Majeſtat. Diſſert. V.* imò dico, in ſubſtrato caſu ab *ipsâ parte*, cui teſtis juramento obſtrictus eſt, vel ejus procuratore relaxationem fieri poſſe, cùm *ejus ſolvere ſit, cujus adſtringere eſt:* Videri hîc iterum debet RUTG. RULANT. *d. l. c. 11. n. 8.* Etiam hoc maximè incumbit Commiſſariis, aut auditos ac examinatos teſtes ita *admoneant ſtrenuè, ne cuipiam, qvæ teſtimonii causâ protulerint, nota fiant, ſed ſub fideli ſilentio contineantur omnia, ne ex ejusmodi palam facto edicto teſtes, qvoq; alii ſubornentur*, juxta L. *athletas 4. §. Calumniator 4. ff. de his qvi notantur infamiâ.*

XLII. Qvibus omnibus in genere obſervatis totum negotium ita tractant, *ne jus aut juſtitia ullo modo lædatur, nil favori partis alterius tribuat, ſed prout juſtum eſt ac legibus convenit ſententiam proferant;* Commiſsâ autem cauſæ cognitione, videtur qvoq; data *poteſtas pronunciandi & ſententiam ferendi*, licet de deciſione nulla facta ſit mentio; MODEST. PISTOR. *Proceſſ. P. 1. C. 12. n. 4.* â qvâ ſententiâ an *appellari liceat*, paucis videndum erit? *Juris Civilis* fundamenta appellandi poteſtatem Commiſſariis ad illum, *â qvo conſtituti ſunt*, nunqvam denegant *L. 1. ff. qvis & â qvo & c. C. ſuper, qvæſt. 27. X. de offic. & poteſt. delegat.* modò *ſententiâ illâ gravatus* appellans fuerit *C. ceſſante 60. X. de Appellation.* ZOESI *ad ff. â qvibus appellare non licet n. 1.*

qvæ

qvæ ad ipſum cõmittentẽ ſ. *delegantem & nullum alium* fieri debet per textus modò citatos. Dicunt contra ſentientes *executoribus* Commiſſarios ſimiles eſſe, ac ſic, ut ab illis, ita nec ab his appellare licitum eſſe; *L. ab executor. 4. ff. de Appellat.* qvam tn. ſimilitudinem hactenus ſufficienter nondum probârunt; ipſe ſiqvidem RUTG. RULANT. *Lib. 1 de Commiſſar.* differentiam inter illos apertè oſtendit. Sed dato comparari per omnia Commiſſarium & Executorem, tamen adhuc dicendum *Appellationem eſſe permiſſam, qvia plerumq́; in appellationibus à Commiſſariis exceſſus Comiſſariorum taxantur, propter qvod etiam ab executore appellare licet.* Per doctrinam illorum qvos allegat RUTG. RULANT. *Lib. 5. C. 13. n. 7.* Dixi ad illum tantùm appellandum eſſe, qvi Commiſſarios delegavit. Cui *Saxonicum Jus contrarium non eſt*, qvod prohibet in Provinciis Electoratûs Saxonici à Decreto Commiſſariorum Electoralium ad Curias Provinciales, & vice versâ, à Commiſſariis Curiarum Provincialium ad Aulam Electoralem & ſupremum Appellationum Judicium provocare. CARPZ. *in Proc. Tit. 18. Art. I. n. 57.* Lipſienſis qvidem Curia ſæpiùs Appellationes à ſententiis Commiſſariorum ab Aulâ Electorali delegatorum recepit, Sereniſſimus tamen Saxoniæ Elector morem hunc penitùs abrogatum voluit, hiſce verbis reſcribens Curiæ Lipſienſi ſub dato Dreſdæ *d. 26. Januar. 1629.* Alſo iſt hiermit unſer begehren / Ihr wollet nicht allein die inhibition, welche Ihr ohne eingenommer Erkundigung und Bericht auff ob gedachtes N, N. eingewandte bloſſe teſtimoniales ertheilet / wiederumb caſſiren und auffheben; ſondern auch Sie gantz anhero remittiren und weiſen / auch in ſolchen fällen / da die Appellationes à Judice

delegato ad delegantem appelletur, neutiqvam tollit. CARPZ. *d. l. n. 58. & ſeqq.*

XLIII. Sic & in Camerâ Appellationes â ſententiis Commiſſariorum Cæſaris, *ad inſtantiam partium*, etiam *privatorum hominum* per meram delegationem datorum non recipiuntur, licet *ſecus ſit in Commiſſariis Cæſaris* rigore Ordinationis h. e. ſecundum *privilegium primæ inſtantiæ*, puta, der Außträg datis, â qvorum ſententiâ *immediatè* ad Cameram appellare licet. ORDINAT. *P. 2. tit. 6.* GAIL. 1. *Obſ. 101.* Argumentum, qvod REINKING. de *Regim. Secul. & Eccleſiaſt. Lib. 1. Cl. 2. c. 14. n. 76. pro contrariâ opinione habet* CARPZ. *d. l. n. 54.* ſolvit: dicit REINKING. habere Cameram concurrentem cum Imperatore Jdictionem, *in qvâ præventiori locus eſſe poteſt*, *C. cum plures X. de offic. deleg. L. ſi qvis 7. ff. de Judic.* ſed ut hoc in primâ inſtantiâ & extra caſum Commiſſionis veriſſimum eſt; *falsò autem extenditur ad Appellationem â delegato ad delegantem, ubi nulla ulterius adduci poteſt præventio*, qvippe qvod *Cæſaris ſ.* delegantis *judicium jam fuerit electum*, & *coram eo inducta præventio.* Ad præjudicium qvod præterea allegat REINKING. d. l. itidem reſpondet CARPZ. allegato loco n. 55. *Fatalia* in Appellationibus obſervanda tradit RUTG. RUL. *d. l. n. 12.* & STRUV. *Exerc. 50. th. 13. &* 14. ſi autem Appellatio interpoſita non fuerit, poſſunt *ſententiam ſuam exeqvi* Commiſſarii.

XLIV. Contra id, qvod fieri debeat, ſi qvid commiſerint Commiſſarii, *impunè* ferre non debent: Hinc ſi *corrupti* eſſe dicantur, ſi *lata culpa*, aut *imperitia*, qvæ culpæ annumeratur, aut etiam *negligentiâ* peccaverint, graviter puniendi ſunt. MENOCH. *de Arbitrar. Judic. qvæſt. C. 342. Diſtingvendum* tamen eſt, utrum exceſſus eorum *durante adhuc commiſſionis actu*, *an publicatis atteſtationibus accuſentur. Illo* caſu ideò proponuntur, ut ab *officio removeantur*, qvod etiam fieri debet, modò defectus in *continenti probari poterit*, ubi autem res altiorem indaginem

reqvi-

reqvirit, exceptiones poſt publicatas atteſtatiônes partibus reſervandas eſſe, plurimi ſentiunt; ob *negligentiam* tamen *removeri non poſſunt*, ſed ubi manifeſtè ea docentur, poterit judex ad *excitandos eos* mandatum ad procedendum ſine *cunctatione* decernere. *Poſt officium* Commiſſarii partibus tenentur *ad intereſſe*, ſi *dolo culpâve* qvid commiſſum fuerit ad *refundendos ſumptus*; item ſi *dolo malo* qvid factum eſt præter dictas pœnas, pœna L. *Jul. Repetundarum*, & ſi perperam qvid ſcriptum, *falſi* ac ſimilibus puniri poſſunt. Omnia tamen hæc *Judicis arbitrio relinqvi* debent. RUTG. RULANT. d. l. c. 7.

XLV. Obligantur ex adverſo Commiſſariis partes & ad *ſalarium & expenſas ſolvendas*: Qvæ ab eo, *qvi teſtes producit*, exigendas eſſe, verius eſt, qvia *commodum ex commiſſione principaliter* ad eum *ſpectat. C. ſtatutum* §. *penult. & ibi GL. de Reſcript.* in 6. RULANT. *Lib. 7. c. 7. num. 14.* Expenſæ *variæ* ſunt, utpote qvæ pro *eqvis*, pro *ſe* & *famulis* fiunt, *licet cum ſuis propriis eqvis veniant*, per ea, qvæ GROT. de teſt. tradit n. 407. qvas fecêre, ſi in morbum inciderint, modò non talis ſit, in *qvem etiam domi incidere potuiſſent*: minimè verô eas, qvæ in *hoſpitiis pro abundanti honorarii loco* factæ ſunt: ob ea, qvæ RULAND. habet *cit. lib. 6. c. 12. n. 5.* qvi num. *ſeq. 8.* qvæſtionem decidit, qvis Commiſſariis *caſum fortuitum*, velut cum eqvus in viâ moriatur, præſtare teneatur? Hiſce actionibus intentatis *exceptiones partes opponere* ſolent, ſc: Commiſſarios *lentè* proceſſiſſe, & qvæ aliæ ſunt, qvæ apud jam cit: RULANT. d. l. n. 18. colligi poſſunt.

XLXVI. Ne Commiſſarii ab ullo offendantur, aut in viâ periculum ſuſtineant, *ſalvum conductum ſibi præſtari ex abundan-*

lominus Cyclopici ejuſmodi homines Commiſſarios læſerint, *certis pœnis* deinceps afficiendi veniunt, ita, ut *omnia damna & intereſſe ratione violatæ ſecuritatis illata præſtent*, de injuriis *pro arbitrio judicis* ipſis ſatisfaciant, & qvia iſthæc læſio ſecuritatis, principaliter *committentis ratione* æſtimetur, pro conditione & qvalitate illius criminis *læſæ majeſtatis rei declarentur & puniantur. Plures* lædentes ubi fuerint, & qvidem *principales, ſinguli in ſolidum* tenebuntur; *tot enim delicta ſunt, qvot perpetrantium perſonæ. L. ſi qvis 7. §. fin. L. 8. ff. de J. dict. L. 1. C. de condict. furtiv. Officiales* ſi fuerint lædentes, ab omni qvidem pœnâ excuſati non ſunt, cùm *mandatum in delictis nemini patrocinetur, L. 1. §. dejeciſſe 11. ff. de vi & vi armat. C. mulieres 6. X. de ſentent. excommunicat*; *mitiori* tamen afficiendos pœnâ BALD. & SOLYCET. in *L. ſervus C. ad L. Jul. de vi publ. tradunt.* Latiùs hæc deducit RULANT. *d. l. c. 8.* per totum.

XLVII. Pertinet & hoc ad Commiſſariorum privilegia, *prohibitio adverſus eos Repreſſaliarum uſus*, qvi ſub generali aſſertione continentur, qvâ dicitur, *omnes, qvibus neceſſaria negotia expedienda ſunt, & iis non expeditis à Judice puniri poſſunt, Repreſſaliis detineri non poſſe.* COLER. *de proceſſ. Execut. P. 2. c. 3. n. 189.* De Repreſſaliarum juſtitiâ eas concedendi reqviſitis & omnibus, qvæ eò pertinent, elegantisſimè egit Magnif. Dn. D. ZIEGLER. in *Diſputat. de Jur. Majeſt.* Gaudent etiam *reſtitutionis beneficio*, ſi abſentiæ tempore domi læſi fuerint, veluti ſi contra *ipſos judicatum ſit, L. cùm miles 30. in fin. ff. ex qvibus cauſis major. L. ſi cum 6. & L. ſeq. C. de Reſtit. milit. & eorum, qvi Reip. cauſa abſ. ſi miſſio in poſſeſſionem facta ſit.* Modò *procuratorem domi non reliqverit, L. is, qvi Reipubl. causâ 39. ff. ex qvib. cauſis major.* Si bona *ipſius vendantur*, vel à *Creditoribus diſtrahantur, L. ſi cum C. de Reſtit.* milit. ſi *hæreditatem delatam non* tranſmittere potuerit, *L. cum qvidam 30. in princ. ff. de acqvirend. hæred. & qvæ* alia ſunt, qvæ explicat RULANT. d. l. c. 11. per totum.

XLVIII.

XLVIII. Et hiſcè, qvæ ita Commiſſariis ſpecialiter conceſſa ſunt, tamdiu fruuntur, *usq; dum tales eſſe deſierint*, qvod contingit *morte* illorum *naturali*, niſi Commisſio data ſit *perſonæ, dignitate corruſcanti*, qvo caſu tranſit ab ſucceſſorem in dignitate vel officio conſtitutum. *C. qvoniam* ABB. *de Off. delegat.* MODEST. PISTOR. *in Proceſſ. P. 1. c. 12. n. 5. ſi* actor vel reus commisſioni *renunciaverit*; parte alterâ *volente* aut *citatione nondum emiſſâ.* CARPZ. *in Proceſſ. tit. 9. Art. 3. n. 79. & ſeqq.* Ubi verò ille, qvi commisſionem obtinuit, pœnitentiâ ductus coram ſuperiore committente cauſam ſuam tractari exoptat, *audiendus* omninò eſt; qvantumvis etiam *poſt emiſſam citationem à Commiſſariis commitentem adire, eiq; libellum offerre, ac reum ad ejus judicium citari facere* velit. CARPZ. *d. l. n. 81.* Qvia Princeps non videtur Commiſſario qvantumcunqve generali dare eam poteſtatem, per *qvam ſua J. dictioni præjudicetur*, ſed in ejuſmodi delegationibus ſemper *ſuperioris autoritas videtur excepta.* BERLICH. *Deciſ. 128. n. 5. & ſeqq.* Et deniq; deſinunt Commiſſarii eſſe, cùm vel *lis*, ad qvam dati, vel *ſpecialis actus*, ad qvem conſtituti ſunt, plenariè *abſolutus fuerit.*

XLIX. Hæc, *Candide Lector*, ſunt, qvæ ex tam amplâ & illuſtri materiâ colligere Tibiq; paucis pagellis comprehenſa exhibere conſtitui. Erroribus, qvos agnoſco plurimos, facilè veniam dabis, ſi cogitaveris, neq; qvovis tempore, neqve ab omnibus omnia expectanda eſſe. *L. 6. § 3. ff. de offic. Proconſ.* Promptiorem me ut Te monentem ſeqvar, qvàm me errantem moneas, ſanctè conteſtor. Tibi verò *Summe DEus*, ex qvo & per qvem omnia *L. 5. §. 1. C. de SS. Trinit. & fid. Cathol.* cum qvo incepi, &

LAudibus eximiis FRATRUM BECKERE moveris
Illorum ſtudium qvi ſtudioſus obis.
Approbo virtutem, feliciter omnia cedant,
Sit tua, ſit FRATRUM gloria perpetua!

ελοκαχεδ... νοyebat
Præeximio ac literatiſſimo Dno. BEC-
KERO Amico Colendiſſimo
P R Æ S E S.

Ad

Politiſſimum Dn: Reſpondentem, amicum dilectum.

SCandebas Sophiæ clariſſima pulpita nuper,
Pro Sophiâ faceres verba diſerta tuâ.
Egregiè ſtabas, Muſis plaudentibus usq;
Nobilis hinc ſtudiis parta corona tuis.
Nunc Latii Cathedram tentas conſcendere Juris,
Ut doceas qvoſvis te didiciſſe Forum.
Gaudebit Genitor, Mater, Fratreſque modeſti,
Perpetuoqve tibi carmina mille canent.

Michaël Wendlerus, D. & P. P

SIc tibi commiſſus jam COMMISSARIUS extat!
Sic commiſſa tibi juſſa Paterna probas.
Fac tua, qvæ tua ſunt; Domino committe futura;
Sic benè committes tempora cuncta ſat eſt,

Hoc tibi animitus fovet
Andreas Becker.

Gottfried Becker / von Stolpen /
durch verſetzung der Buchſtaben:
Jſt gutte Probe: Frolocke denn!

SEin abgefaſte Schrifft /
Geehrter Freund / iſt gutte Probe /
Wie Er mit Rechts Verſtand und Lobe
So manchen übertrifft.
Frolocke denn / O Kunſtbefliesſne Jugend /
Wenn an der Ecken ſteht und ſtrahlet deine Tugend!

M. Chriſtian Faſelt / der Philoſophiſchen
Facult. Adjunctus.

ER ſtrebt der Tugend nach; Er lobt / was Tugend heget;
Was die gelehrte Zunfft bey Göttern macht beliebt /

Was

Was mit erhitzter gluth offt gutt die Sinne übt /
Und endlich auch das Lob bis an die Sternen träget.
Er / werther Freund / hat ſchon den Eckſtein ſo geleget /
Das auch die Themis ſelbſt den gutten Ausſpruch giebt /
Wie das Sein hoher Fleiß ſoll bleiben unbetrübt
Von dem / was die Perſon ſelbſt vielmahls niederſchläget.
So folgt Er rühmlich nach / was Ihm des Vaters Tugendt
Für Augen hat geſtellt / was Ihm der Brüder Jugendt
Zum beyſpiel giebet ab / die Wittenbergk noch kennt.
So freút der Vater ſich. So wird nicht untergehen
Der Becker Nahmens-Ruhm. In vielen kan beſtehen /
Was man in Einen offt gar bald vergänglich nennt.

M. Johan Ernſt Hering / des Philoſophiſchen Collegii in Wittenberg Adjunctus.

ER war / geehrter Freund / unlängſt damit begriffen /
Daß man ſich nicht ſehr ſolt in Welt Freundſchafft vertieffen:
Nun geht Er weiter fort das Diamantne Band
Der Künſte / macht Er ſich ie mehr und mehr bekant.
Der Themis ſchönes thun und hochgeſtiegnes Weſen /
Das Er biſhero hat mehr als zu viel geleſen /
Beſchäfftigt Seinen Sinn / bemühet Seinen Geiſt /
Der itzt / was Er verſteht / in dieſer Probe weiſt.
Er fahre nur ſo fort / Er hat den Weg getroffen /
Der Ihm zur Tugend führt / die Thüre ſteht ihm offen
Zu gröſſern Ehren noch. Wer liebet faule Ruh /
Den trägt man Ehre nicht auff beyden Händen zu.

M. George Paul Weller von Molsdorff.

DU haſt auf den Parnas der Edlen Pierinnen /
Mein Freund / vor deinen Fleiß ſchon einmahl Lob verdient /
Das deinem Haſſer beiſt / und als die Daphne grünt.
Jetzt hat dein Kluger Geiſt ein Werck ſo ſchön gefüget
Das deſſen Wahrheit Glantz in offner Sonne lieget /
Auf nimb den andern Preiß! Fahr fort der weiſen Schrifft
So zu vertheidigen; So wird Dir ruhm geſtifft /
Der ſtets grünend lebt dort bey den Himmels Zinnen.

DEr Brůder Ehren Lob fůgt man auch Dir recht bey:
Das nemblich Hőffligkeit und ungemeines Wachen
Umb Kunſt und Wiſſenſchafft hochſchätzbarlichen Sachen /
Mit Gottes furcht verknůpfft bey dir zu finden ſey.
Wer wolte darumb nicht mit guttern Rechte ſchlieſſen:
Herr Becker wird gar bald das Glůck erheben můſſen.

Welches auch ſeinen Liebwehrteſten Freunde von
hertzen Gőnnet und Wůnſchet
Carl. Auguſtus von Neitzſchitz /
Eqv. Miſn.

FErvor ineſt Audit: ſeqvitur meletema ſecundum,
Qvod, BECKERE, ſatis comprobat ipſa Themis.
Johan Caſpar de Los,

DJe Seelen ſo nicht feig / noch von gemeiner Erden /
Die ſuchen immer zu denſelben gleich Zu werden /
Was ſie begőttern kan / ſie Zeigen ihren ſtand /
Und ſind den Himmel ſtets auff Erden zugewandt.
Hiernieden iſts ihr Ziel / wie durch die Wiſſenſchafften /
In nicht gemeine Ehr Ihr wohlſtand mőge hafften.
Und wer auch nicht der Lohn und dieſer Ehren Plan
Wer wolt die Arbeits bůrd ihm laſſen ſeilen an.
Ein gleich entflamter Geiſt / läſt ſich bey Ihm auch ſpůren
Mein Becker / dieſer wird dahin mit Ruhm Ihm fůhren /
Wohin durch ſtrengen Fleiß der *Arctus* und *Calliſt*
Entflammet durch ſichſelbſt vorlängſt gedrungen iſt.
Er weiſet das in Ihm Minervens Saltz mus ſchweben /
Daß ſeine Sinnen nicht auf was gemein es kleben /
Und wie kans anders ſeyn? Ein Adler bringt ja nicht
Ein Einfalt volles Thier / die Taub / ans Tage licht.
Mein Wunſch ehrt ſeinen Fleiß / ſein Vaterland den Ruhm /
Den Sie als hoffnungs voll zu ſeinen Eigenthum
In ſich mit Freuden hegt / die Themis kennt Ihm ſchon
Und zeiget Ihm von fern die wohlverdiente Krohn.

W. F. T.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE